Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

apta sunt. Hic enim uenit aperire oculos cecorum. Apta quoque sunt oculi
nri. & de littera legis uelamen ablatum est. Sed uereor ne nos ipsi
eos somno rerum profundiore claudamus. dum non uigilamus in
intellectu spirituali. neque sollicitum sumus. ut somnum discutiam
ab oculis nris & contemplemur quæ spiritualia sunt. ut ne cum proto carnali circa ipsam aquam positi erremus. quum potius uigilemus & cum propheta dicamus. Si dedero somnum oculis meis. aut palpebris meis dormitationem. aut requiem temporibus meis donec inueniam locum domino tabernaculum deo iacob. ipsi gloria & imperium in secula. Explicit Omelia. vii. Incipit viii. De eo quod obtulit abraham filium suum ysaac.

ADHIBETE Huc aures qui accessistis ad dnm qui fideles uos esse credtis. & considerate diligenter quæ ad modum fidelium fides probatur ex his quæ recitata sunt
" nobis. Et factum est inquit post hæc uerba. ds
" temptabat abraham. & dixit ad eum. Abraha. abraha. At ille
" dixit Ecce ego. Observa singula queque quæ scripta sunt. In singulis enim siquis scit in altum fodere. inuenietur thesaurus. Et fortassis etiam ubi non estimatur. latent mysteriorum preciosa monilia. Abram uocabatur uir iste pius. & nusquam legimus quod hoc nomine eum uocauerit ds aut dixerit ad eum. Abram abram. Non enim uocari adeo poterat nomine delendo. si uocat eum hoc nomine quod ipse donauit. & non solum uocat hoc nomine si & ingemmat. Cumque ille respondisset ecce ego. dicit ad eum.
" Accipe filium tuum karissimum quem diligis ysaac. & offer eum in
" Iyade inquit in montem excelsam. & ibi offer eum holocaustum in
" uno ex montib quem ostendero tibi. Nomen quidem cur ei donauerit ds. & uocauerit eum abraha. ipse imperatus est. quia patrem inquit multarum gentium posuit te. Hanc repmissionem dedit ei ds. cum haberet filium ismahel. si pollicitus est ei. quia in filio qui nascitur ex sara. complebitur ista promissio.